



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

POLE REGINALD, *Testamentum vere christianum, pium ac prudentissimum*, Riva del Garda, Jacob Marcaria, 1562.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T o op f 182

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/41>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.


Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.





BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO



BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris




K 2420159

D 2420136

5tci

T 0-op f 182





TESTAMENTVM VERE CHRISTIA-
NUM, PIVM AC PRUDENTISSIMVM, REVE-
RENDISSIMI ET ILLVSTRISS. D. DOMINI
REGINALDI TT. S. MARIAE IN COSME-
DIN, S. R. E. PRESBYTERI CARDI-
NALIS, ARCHIEPISCOPI CANTVA-
RIENSIS, TOTIVS ANGLIAE
PRIMATIS, ET APOSTO-
LICAE SEDIS LE-
GATI.

R I P A E:

M. D. LXII.

TESTAMENTVM VIRE CHRISIANE
SVM TIVM AC PVEPTIVM SVM
MENDIVM ET REVERENDI D. DOMINI
MARTINI LUTHERI IN CON-
SILIO SVB PVEPTIVM REVERENDI
MAJIS ALBERTI OBERPALLIARI
ELENICIS SVB ADOPTIVM
EXIMATIT ET SVB
EPISCOPALIS SVB
OBTI

TESTAMENTVM VERE CHRISTIA-
-NVM, PIVM AC PRVDENTISSI-

imum Reuerendiss. & Illustriss. D. Domini Reginaldi tt. S.

Mariæ in Cosmedin, S. R. E. Presbyteri Cardinalis

Archiepiscopi Cantuariensis, totius Angliæ

Primatis, & Apostolicæ se-
dis Legati.



IN NOMINE SANCTISSIMAE TRI-
nitatis: Ego Reginaldus miseratione diuina tt. S.
Mariæ in Cosmedin, S. Ro. Ecclesie Presbyter Car-
dinalis Polus, Archiepiscopus Cantuariensis totius
Angliæ Primas, & Apostolicæ sedis Legatus per
Dei gratiam compos mentis & memoriæ, licet cor-
poris infirmitate detentus, cogitans me morbo præ-
senti de via vniuersæ carnis admoeri, & iccirco
volens domui meæ disponere, habens testandi fa-
cultatem a se. re. Paulo PP. III. hoc Testamentum,
meam vltimam voluntatem in se continens condo,
facio, & ordino in hunc qui sequitur modum. Imprimis per gratiam
Dei in eius fidei sinceritate, quam maiores mei acceperunt, & didi-
cerunt a Sancta Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum magistra inte-
ger & iudubius existens, cum omni humilitate commendo animam meam
omnipotenti Deo, qui me creauit, & redemit per Iesum Christum do-
minum nostrum, in eius vna sancta Catholica Ecclesia, & in eius, qui
in Apostolica sede residet Romani Pontificis obedientia profiteor me sem-
per vixisse, & mori velle, quod vt facere possim, vtque per magnam
Dei misericordiam, & per merita Iesu Christi in eadem fide, & obe-
dientia vsque ad finem perseuerem, beatissimæ virginis Mariæ, & vni-
uersæ Ecclesie tam triumphantis, quam militantis precibus adiuuari ma-
xime opto & præcor cum timore & tremore, neipsum ac meam re-
spiciens indignitatem, sed de Dei misericordia & gratia ita confisus,
vt sperem, & expectem redemptionem corporis mei, & vitam æternam,
per Iesum Christum dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto
est Deus benedictus in secula amen. A sanctiss. autem Patre ac D. N.

Paulo papa IIII. quem ante Pontificatum semper vt patrem colui, & cuius honori in eius Pontificatu secundum Deum semper fideliter inseruii, & quemadmodum in omnibus affectionibus & legationibus, quas pro sede Apostolica suscepi, mihi conscius non sum quicquam, me vquam quæsisse præter Dei honorem, & eius Ecclesiæ dignitatem & utilitatem, post pedum oscula beatorum paternam benedictionem cum omni reuerentia peto, pacem & incolunitatem, & omnem veram consolationem illi optans, eius autem sanctitati & cameræ Apostolicæ pro redemptione anuli & caterorum quæ Cardinales morientes relinquere solent, remitto quicquid mihi ab eadem Camera debetur tam ex prouisionibus per suæ sanctitatis prædecessores se. re. Paulum III. & Iulium III. ordinariæ, nec non ratione vltimæ Anglicanæ legationis mihi assignatis, quam propter alias extraordinarias expensas in hac eadem legatione per me factas supplicans, vt sanctitas eius dignetur inbere, vt ex hoc credito quod ad summam sex millium ducatorum & ultra ascendit, hoc tantum pro me soluatur, quod certis Officialibus Curie in obitu Cardinalium de more dari consuevit. Corpus autem meum volo & ordino, vt sepeliatur in mea Ecclesia Cathedrali Cantuariensis, in ea Cappella, in qua caput beatissimi martyris Thomæ, olim dicte Ecclesiæ Archiepiscopi asseruabatur, vbi volo & ordino, vt duæ constituantur Cantarie, in quibus duo sacerdotes a Capitulo eiusdem Ecclesiæ successiue eligendi & præsentandi ab Archiepiscopo, qui pro tempore erit, instituantur, qui perpetuo pro anima mea, & animabus parentum meorum, & omnium fidelium defunctorum, orent: Missam ibidem alternis vicibus quotidie celebraturi, quod legitimis cantionibus & instrumentis perficere curabit Hæres & executor meus infrascriptus, prout melius sibi expedire videbitur. Quoniam vero patris monialia bona mihi non sunt, quorum causa consanguineorum meorum rationem habere debeam, Itcirco volens ea bona quæ habeo in pias causas & inter personas de me bene meritas distribuere: Magnificum ac Reuerendum D. Aloisium Priolum patritium Venetum meum intimum amicum, & familiarem: cuius summam in Deum pietatem & singularem erga me fidem & amorem, viginti & eo amplius annis, quibus mecum coniunctissime vixit, perspectum & probatum habeo: dignum iudicavi, & elegi, qui mihi in bonis meis succederet, & voluntatis meæ de illis integerrimus executor existeret: confidens pro eius charitate, & mutuo nostra benevolentia eum hoc onus grauatem susceptorum: Itaque bonorum omnium meorum immobilium, & mobilium seu catallorum iurium,

nominum, actionum, pecuniarum, suppellectilis, cuiuscunque generis
& nominis, tam in meos, quam in domus, Capellæ & Ecclesiæ mearum
vſus paratæ, nec non victualium & prouentuum quouſque habeo,
vel habiturus ſum, & in ſumma quicquid tempore mortis meæ continget
ad me ſpectare, aut ſpectare debet, dominiq; & turis mei eſſe:
vel quomodocunque ad meam diſpoſitionem & facultatem pertinere, tam
in Anglia, quam extra: in Hiſpania, & in Italia, Romæ & Venetijs,
& alibi vbicunque & quacunque cauſa, & ratione, ſeu conſeſſione,
vniuerſalem hæredem meum dictum D. Aloſium Priolum inſtituo, eundemque
huius mei Teſtamenti executorem conſtituo, & ordino, qui
publica mea bona iuſtis prius funeris mei ac debitis, ſi qua erunt, nec
non ijs que ſupra ordinavi perſolutis, & peractis per ſe, vel alios ab
ipſo ſibi etiam in articulo mortis ſubſtituendos in pias cauſas, & inter
perſonas tam meorum pauperum conſanguineorum, quam amicorum &
familiarium ſeu ſeruitorum meorum arbitrio ſuo diſtribuat & diſpenſet,
dans & tribuens illi vel ſubſtituendis ab eo tam in rebus, quam in earum
diſtributione, nec non ſi aliquid dubij ex hoc teſtamento oriri contige-
rit, in eius interpretationem omnem eandem poteſtatem, & ampliam
ac liberam facultatem, & poteſtatem, quam ego ipſe haberem, &
qua vti poſſem, ſi viuens meæ mentis ſententiam executioni demanda-
rem, vſque ad plenam diſpenſationis huiusmodi & omnium præmiſſorum
ſatiſfactionem duraturam. Quapropter volo, & ordino, ut omnes &
ſinguli, ad quos aliquid de prædictis meis bonis, ex dicti hæredis &
executoris mei diſpenſatione prouenerit quantuncunque & qualecunque
id fuerit, illud de manu & voluntate mea ſe accepiſſe agnoſcant & re-
putent. Ac de his omnibus que hic ordinavi & ſpecialiter de hac præ-
dicto hæredi & executori meo commiſſa diſpenſatione volo, & iubeo
ueminem penitus mortalium vnquam ab eo vel eius hæredibus vel ſub-
ſtitutis ab eo rationem querere, nec eum vel eos ut rationem vel re-
ſponſum ſuper eo reddat, ſeu reddant, aut ſi quid huic diſpenſationi
reliquum penes eum vel eos permanſerit, præſtet, ſeu præſteat quo-
quomodo, aut quouis iure vel autoritate aſtringi, niſi quatenus ſibi
placuerit. Quod ſi quiſpiam quærelam aut moleſtiam vllam de iure
vel de facto in iudicio vel extra contra eundem hæredem & executorem
meum, vel ſubſtitutum, aut ſubſtitutos ab eo attentare vel inferre præ-
ſumpſerit, volo, ſi ex his fuerit ad quos aliquid de prædictis meis bonis
peruenerit, vt omne id, quod per eum deſtinatum illi fuerit, amittat,

nisi ab eo condonetur : si vero Iudex, vt totum illud in quo condemnari
aut molestari contingat eidem legatum & donatum a me censeatur, prout
ex nunc lego & dono, quemadmodum etiam lego & dono eidem eam
dictorum meorum bonorum portionem, quam ei pro se sumere placuerit,
quanquam a me par est eum accipere, cuius sincero atque explorato
in me amori nihil me non debere sentio. Quod autem vt libere faciat,
magno opere cupio, ipsumque rogo, si autem vt facilius & commodius
hæc omnia peragat opera alicuius ex meis familiaribus vti voluerit, hæc
ei imprimis præstare poterit Henricus Pynnge meus fideis & charissi-
mus cubicularius & prouentuum receptorum generalis, qui mearum
rerum omnium statum plane nouit, Pro dilapidationibus autem non est
cur successor meus in Ecclesia Cantuariensi, aliquid petat, cum in me-
lioramentis domorum vt liquido apparet his paucis annis, quibus eidem
Ecclesie præfui p. usquam mille libras expenderim. Huius autem mei ita
ordinati Testamenti seu vltimæ voluntatis superuifores, fautores, &
defensores ordino Venerabiles fratres meos D. Nicolaum Archiepiscopum
Ebraccensis Angliæ Cancellarium, & Dominum Thomam Episcopum
Elieu. ac dilectum consanguineum meum, D. Edvardum Holtings
Regium camerarium, D. Iohannem Boxall sereniss. Regine Secretarium,
D. Edvardum VValgrauæ Ducatus Lancastriæ Cancellarium, D. VVil-
helmum Cordell regionum rotulorum Præfessum, & D. Henricum Colæ
vicarium meum in spiritualibus generalem, rogans eos pro mutua inter
nos beneuolentia & charitate, hoc vltimum officium mihi præstare, ne
grauentur, ac prædicto D. Aloisio Hæredi & executori meo in distri-
butione per illum exequenda, vt recte & expedite eam exequi possit,
assistent, & illum consilio & opera adiuent, prout ab eo fuerint re-
quisiti, & serenissimæ Regine, nomine meo, de hac mea postrema
voluntate significant, supplicentque cum omni reuerentia, vt qua beni-
gnitate, & fauore Maiestatis eius erga me viventem omnibus in rebus
& rationibus meis vsa est, eandem mortuo exhibere, atque vt huius
mei ita ordinati testamenti impedimenta quæcunque tollantur, gratiose
prouidere dignetur : Pro huius autem humanitatis & officij præfati qua-
licunque agnitione volo singulos huius mei Testamenti superuiforum libras
quinquaginta dari. Atque hoc assero esse meum Testamentum, & meam
vltimam voluntatem, & dispositionem, quam, si tanquam Testamentum
non subsistat, volo Codicillorum iure aut in vim cuiuscunque alterius
voluntatis, & dispositionis valore, atque omnibus alijs hucusque per me

conditis, quas irritas facio prævalere. Actum Lamberthi prope Londinum Vintonien. Diocesis in manerio mea solita residentia. Anno Domini 1558. die 4. Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, D. Pauli diuina providentia Papæ IIII. anno 4. & regnorum serenissimi Philippi Regis, & serenissimæ Mariæ Reginae potestate v. & vi. præsentibus venerabili fratre meo Thoma Episcopo Assaphen. ac discretis viris Se. h Olando Decano VVirgonien. Mauritio Cleuolre cappellano, & Ioanne Francisco Stella Auditore meis testibus ad hæc per me specialiter vocatis & rogatis.

In quorum fidem & testimonium hoc testamentum mea manu subscripsi, sigilli que mei appensione, & testium suprascriptorum subscriptione communi feci.

Ego Reg. Cardinalis Polus Cantuariensis, Archiepiscopus testator subscripsi.

Ego Thomas Assaphen. testis rogatus subscripsi.

Ego Seih Olandus testis rogatus subscripsi.


Ego Mauritius Cleuolre testis rogatus subscripsi.


Ego Iohannes Franciscus Stella testis rogatus subscripsi.

Ego Marcus Antonius Faita secretarius sigillum apposui.

Dominicus Lampsonius scripsi.

F I N I S.







BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
182

TESTAMENTVM VERE CHRISTIA-
NVM, PIVM AC PRVDENTISSIMVM, REVE-
RENDISSIMI ET ILLVSTRISS. D. DOMINI

IN COSME-
I CARDI-
ANTVA
GLIAE
TO
E

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613

